

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput quintum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

Nominum Persicorum declinatio fit per additionem particulæ *l*, quâ suppletur rariùs Genitivus, sæpius Dativus, & sæpiùs Accusativus. Cùm enim duo nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum, quod in latinis esset Genitivi casus, manet in Persicis in Nominativo, sed priori seu regenti additur in legendo *z* breve, ferè ut apud Arabes fieri modò diximus, ut کتاب پدر من *kitāb pederī men*, liber patris mei, quod etiam potest reddi کتاب از پدر من *kitāb ez pederī men*, q. à patre meo: si regens terminetur vocali *l* *elif* aut *و*, additur illi reale *ي*, ut پاشای بغداد *pāsāi baghadad*, Præfectus seu Bassa Bagdadensis, aut, ut nos loquimur, Babylonicus: خدا خدای مردگان *chudā chudāi mürdeğān nīst*, Deus, Deus mortuorum non est. Quod si Substantivum regens terminetur literā *ی* *je* vel otiosā *ه* *he*, tunc illi additur *ه* *kefiata hemza*, ut خانه ذکر یا *chānei zekērjā*, Domus Zachariæ, شاه *elcū šāh*, Legatus Regis. Pro Dativo sæpe etiam præfigitur Nominativo præpositio *ه* *be*, ut *بمن داد* *bemen dād*, mihi dedit, *به او گفت* *be o guft*, aut *usit*. *بدو گفت* *bedū guft*, ipsi dixit, aliās *اورادادم* *orā dādem*, ipsi dedi, *مرا گفت* *merā guft*, mihi dixit. Accusativus, cùm indeterminatè venit in orationem, est semper similis Nominativo, ut *دعا کردن* *du-ā kerden*, preces fundere. Determinatur autem particula *را* *rā*, ut *اورادیدم* *orā didem*, ipsum vidi, *کسیرا کشت* *kesirā küst*, certam personam, quendam occidit. Dicta autem particula liberè seu separatim seu conjunctim adjicitur nomini, immò nominibus, cùm plura simul in eadem constructione continuantur, ut, *کتاب پدر خود را* *kitāb pederī chodra āwerd*, Librum patris sui attulit. Vocativus est ipse Nominativus, ut in Casibus diximus. Pro Ablativo præponunt præpositionem *از* *ez*, vel quod idem est *زی* *zi*, ut *از پدر من* *ez pederī men*, à patre meo.

CAPUT QUINTUM

De comparatione nominum Turcicorum.

Adjectiva comparantur quidem apud Turcas adjectione *ك* *rel*, vel *ق* *rak*, ut *گوزل* *gūzel*, pulcher, fit comparativus *گوزلرک* *gūzelrek*, pulchrior: ab *الچت* *alciak*, humilis, *الچترک* *alciakrak*, humilior, sed in sermone familiari, immò in scriptis rarissimè illis utuntur ipsi Turcæ. Loco autem illarum adjectionum præponunt vulgò *دخی* *dachy*, quod vulgus etiam dicit *daha*, v. g. *دخی بیوک* *dachy büyük*, vulgò *daha büyük*, major; & intendendo significationem, quod facimus per *multò*, aut *longè*, præponunt *چوق* *ciok*, ut *چوق بیوک* *ciok büyük*, longè major. Cæterum in regimine frequentissimè dicunt, & tu optimè dices, si nullā adhibitā adjectione aut præpositione, positivo tantum utaris, præmisso nomine, cui comparatur, in ablativo, ut *اندن بیوک* *andan büyük*, illo major. Quod autem per paulò exprimimus, per diminutivum efferunt, ut *اندن بیوگک* *andan büyügek*, paulò major eo. Nostrum quò magis, &c. potest optimè reddi per gerundium in *چه* *ce*, ut *او قود چه اچیلور* *okudukce acilür*, quò magis legit, eò magis proficit, q. aperitur. Sic *وارد چه ازار* *wardukce azar*, magis magisque (in dies) deterioratur.

Superlativo propriè carent sed extra regimen præponunt aliquod adverbium amplificativum sic: *پک بیوک* *pek büyük*, valde magnus, vel *زیاده سیمله* *zijāde sīmle*, *افراطله بیوک* *ghājet, ghājette, ghājetile, zijāde, zijādesiüle, ifrātyle büyük*, maximè, excessivè magnus, i. e. maximus. In regimine autem præponunt nomen cui comparatur vel ablativo absque ulla additione, v. g. *جملدندن جملدندن بیوک* *giümlenden, vel giümlesiñden büyük*, omnium maximus, q. omnibus major; vel optimè in genitivo, affixo nomini comparativo seu potius positivo *ی* *si* vel *سی* *si* possessivo, ut *آدملرک گوزلی* *ademlerün-güzeli*, hominum pulcherrimus, *جملدسینک بیوک* *giümlesiñün-büyügi*, maximus omnium. Sic *انلرک بیوک* *anlarün-büyügi*, maximus eorum, quod etiam sine *انلرک* *anlarün-* in nota relatione idem significabit, *بیوک* *büyügi*, maximus eorum, de quibus fuit sermo.

ایو *ejü*, bonus, habet sæpe in comparativo *یک* *jeg*, *یکرک* *iegrek*, & sic in superlativo, modò explicato, potest dici *یکرکی* *iegregi, aut usit*. *ایوسی* *ejüsü*, optimus eorum.

¶ Com-

¶ *Comparativus & Superlativus apud Arabes sunt idem ejusdemque formæ, nimirum أنصَرُ enšeru, cujuscuque tandem sit terminationis & formæ positivus; vocatur autem تفضيل اسم ismî tefzîl, ut à فاضل fâzyl, præstans, pec. scientiâ, افضل efzâlû, præstantior & præstantissimus: ab حسن hasen, bonus, fit احسن ahšen, melior, optimus: à كبير kebîr, magnus, اكبر ekber, major, maximus: à طويل tewîl, longus, اطول atwel, longior, longissimus: ab عالي âlî, celsus, اعلى e-lâ, celsior, celsissimus: ab حبيب habîb, charus, احب ababbû (pro احب abbebû) charior, charissimus. *Faciunt autem Femin. in نُصْرَى nufṛâ, ut كبرى kubrâ, major, maxima: طولى tulâ, longior, longissima; عليا âljâ, celsior, celsissima, &c. In Regimine Comparativa habent post se من min cum genitivo, ut اعظم من الملك e-zemû minel meliki, major Rege; Superlativa autem genitivum tantum admittunt, ut احسن الناس ahšenün-nâsî, optimus hominum,**

Persis formatur Comparativus adjectâ positivo particulâ تر ter, uti Superlativus adjecto ترين terin, ut کم kem, deficiens, vilis, کمتر kemter, magis deficiens, vilior, کمترين kemterin, deficientissimus, vilissimus: به bib, bonus, بهتر bihter, melior, بهترین bihterin, optimus. In regimine Comparativus habet post se præpositionem از ez, ut خوبتر از ماه chubter ez mah, pulchrior lunâ. Superlativus vix usurpatur in regimine.

CAPUT SEXTUM

De specie Nominum.

Species nominum duplex est primitiva & derivativa. Nomen primitivum جامد ġiâ-mid, vel غير مشتق ġhajrî müstak, seu Arabicè ġhajrû müstakyn, dictum, est quod aliunde non derivatur, ut الله allâh, Deus: ار er, vir: ات at, equus: ات et, caro: شهر šehr, urbs, &c. Circa quæ nihil occurrit dicendum.

Derivativum مشتق müstak, dictum, est quod ab alio derivatur, estque Verbale, vel Nominale.

Verbalia derivativa seu nomina quæ derivantur à verbo sunt varia, ut

Nomen Actoris اسم فاعل ismî fâ-yl dictum.

Actorem significat ipsum participium activum in ايجى iġi, ut سويجى sewiġi, Amator, amans, ياردم ايدىجى jardüm idigi, aut ex nomine ياردمجى jardümġi, adjutor, adjuvans, quod alibi etiam evenit; جى ġi enim vel ci videtur idem significare quod ايدىجى idigi, factor, professor, & ut in latinis fex, ut بيورجى bujurukci, mandator, imperator à بيورق bujuruk, mandatum: يولجى yolġi, viator, ab يول yol, via; sic چوقجى ciokġi, quod vul. ciohagi, pannifex, à چوقه cioka, cioha, pannus, &c.

In Arabicis est etiam idem quod Participium activum substantivè positum, ut ناصر nâsyrün, nâsyr, adjutor, adjuvans, مالك mâlik, dominator, possessor. Cum autem frequentiam actûs, aut intensionem actoris significare volunt, adhibent alterum participium, quod Turcæ vocant مبالغه ايله اسم فاعل mübâleghæ ile ismî fâ-yl, quasi participium amplificativum, estque formæ نصار nâsar, quod ipsum significat adjutor, قصاب kas-sâb, dissector in membra, lanio, & fistulator, خباز chabbâz, pistor, &c.

Persis autem est pariter participium in نده ende, ut كوينده ġüjende, locutor, musicus vocalis: خواننده chunende, cantor, lector: سازنده sâzende, compositor, pulsator fidium, musicus instrumentalis. At in compositis nominibus, loco illius Turcici جى ġi, ponunt كار kâr, كى ker, ac ger, q. factor, fex: قلمكار kalemkâr, entypicus sculptor: گناهكار ġünâhkâr, peccator, q. peccati factor: خدمتكار chydmetkâr, servitor, servitii præstitor: زنگر zenger, aurifaber: كفشگر kefsger, sutor, calceorum factor; & in aliis compositis, loco integri participii, adhibent aliud participium, quod est terminatione idem cum Imperativo Persico, aut, si vis, est ipsum participium mutilatum suo نده ende, ut گويى ġüj ġioj, locutor, prolator, v. g. دروغ گويى dürüġh ġüj, prolator mendaciorum, mendax: دار dâr, tenens, habens, تاجدار tâġdar, Coronam tenens, habens, coronatus, Rex.

E

Nomen